



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 54. Protestantium rationes in Synodo non comparendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A C. 1562.
tum contendit, ubi ei ob Condæi Principis absentiam ab omnibus uno consensu summa armorum præfectura delata est: tertiis vero castris Puteolum in Belsia haud longe a Janvilla, ac postridie Patæum venit, ubi biduo commoratus, mox aliquantulum deflexit. Catholicorum copias, quas Blælas contendere inaudierat, intercepturus: eas igitur Pretevallium usque in Vindocinensi agro infecutus est, tandem vero Baugentiacum exeunte anno venit, eo consilio, ut refecto ponte suas copias in Soloniacum agrum, & Bitunigas ad hiberna dimitteret, quo & suas missurum Guisium Ducem intellexerat, ut ad Aurelianam obsidionem, quam jam ille animo agitabat, promptiores, ac paratiores essent.

§. LIV.

Rationes a Synodi accessu Protestantibus deterrentes.

*Spond. hoc
ann. n. 40.*

Postquam Ferdinandus Imperator octo annorum inducias a Turcis impetraverat, promisso annuo triginta millium aureorum tributo, quod durantibus hisce induciis Solimano penderet, omnem suam sollicitudinem in eo impendit, ut Protestantes ad Ecclesiæ unitatem reduceret, eosque ad acceptandam Synodum permoveret: porro haud obscure

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

obscure cognoverat, quod pii hujus concilii desiderium magis expeditum esset, spectata præsentis vicissitudine, qua tum Protestantium res versabantur: verum eodem ferme tempore Imperator responsum accepit, in quo illi scripto rationes exponebant, easque demum typis excudi curabant, ob quas ad Synodum venire recusarent: ceterum confictæ hæ rationes ad duodecim calumnias reducebantur, quas jam sæpius propositas rursus confirmare nitebantur. Ex his igitur prima ratio erat hæc; „concilium illegitime, & contra „manifestum jus indictum est, cum id „non Pontifici Romano, sed Impera- „tori, & Principibus competeret. II. „Concilium liberum, ad reconcilianda „Germaniæ de Religione dissidia, de- „bet in ipsa Germania loco opportuno „fieri: Tridentum autem non Germaniæ, „sed Italiæ oppidum est, ipsisque valde „incommodum, & suspectum. III. Il- „lud tridentinum non est Generale, & „œcumenicum concilium, sed ex solis „personis Papæ subjectis constat, laicique „excluduntur, qui etiam admitti, & Ju- „dices sedere debent. IV. Non est li- „berum, sed servum, sedetque in eo „Judex, qui reus est, & Episcopos ha- „bet sibi juramento obstrictos, ac velut „miserrima mancipia. V. Non solum „non

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

„non liberum, sed nec Christianum cen-
 „feri potest: quippe non in eo Christus,
 „& Verbum ejus, sed decreta homi-
 „num prævalent. VI. Curia Romana,
 „& Regnum Pontificium scætet vitis
 „fœditissimis ac propterea non est æquum,
 „Pontificem in eo Judicis partes sibi
 „assumere. VII. Romæ omnia expo-
 „nuntur venalia, cum manifesto si-
 „monix crimine: ideoque nefas esset
 „cum Simoniacis convenire, quos Chri-
 „stus de templo ejecit. VIII. Pontifi-
 „ces, & Monachi doctrinam invenerunt
 „densissimis tenebris oblitam, & im-
 „piis erroribus refertam tam in fide,
 „quam moribus. IX. Cum impia de-
 „creta promulgata fuerint in prioribus
 „Concilio Sessionibus, ex iis datur in-
 „telligi, qualia futura essent, quæ dein-
 „ceps condenda forent. X. A multis
 „jam annis plus satis ostensum est, Pon-
 „tificum Romanorum Concilia plus in-
 „commodi attulisse, quam commodi,
 „ac majores turbas civisse. XI. Pon-
 „tifex Confessionis Augustanæ professio-
 „res neutiquam pro membris Ecclesiæ
 „agnoscit, sed pro hæreticis per excom-
 „municationem ab ea ejectis. XII. Li-
 „dem Augustani religionis conscientix
 „impediuntur, ei Concilio adhærere,
 „cum iidem scirent se viam veritatis te-
 „nere, ac periculum esset prævarica-
 „tionis:

„tionis: sic enim & antiqui Patres fu-
„gerunt Concilia impiorum.”

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. LV.

Conditiones ab iis pro Synodo requisitæ.

His duodecim querelis plures addi-
dere articulos circa normam, quam
in Synodi celebratione observari vole-
bant: horum autem primus erat: Con-
cilii Indictio per Cæsarem fiat. II. Ce-
lebretur intra Germaniæ limites. III.
Facultas assistendi, & libere decernendi
etiam laicis concedatur. IV. Expo-
nanturea, quæ amplius requirerentur,
ut esset revera universale Concilium.
V. Relaxetur juramentum, quo Epi-
scopi, & Ecclesiastici obstricti tenentur
Papæ. VI. Juramentum calumniæ exi-
gatur ab omnibus vocem decilivam ha-
bituris. VII. Priora Decreta Concilii
Tridentini aboleantur. VIII. Præsidis
honor soli Christo tribuatur. IX. Pro
norma, seu regula iudicii constitua-
tur sola Sacra Scriptura. X. Agatur
de auctoritate, quæ sanctis Patribus,
& Conciliis Veteribus tribuenda sit.
XI. Eorum scripta, & decreta ad Sacræ
Scripturæ examen revocentur.

§. LVI.

*Eorum postulata ad Cæsarem circa
Concilium.*

Hi